

ivit per successionem^{e)}, ita quod in duobus temporibus imperium^{f)} ivit per successionem^{g)} et in aliis duobus temporibus ivit per^{g)} electionem. Gregorius V^{h)} in M. IIIIⁱ⁾³⁾ principibus Alamanie requisitis hanc eis voluit facere gratiam, quod electores essent de sola Alamania, tum^{k)} precipue quia antiquitus rex Alamanie elligebatur^{k)} ..., tum propter beneficia que Karulus magnus et Otto primus contulerunt ecclesie, tum quia sic placuit pape, quia Theutonicus erat et consanguineus imperatoris Ottonis. Unde in Consilio vienensi⁴⁾ dicitur, quod ab ecclesia pervenit ad certos barones Alamanie ius et potestas elligendi regem, postea promovendum in imperatorem; ex^{l)} tunc imperium de Ytalia transivit in Alamaniam. Unde electores primo elegerunt Henricum claudum⁵⁾ ducem Baverie postea Henricum et cetera^{m)}. Et⁶⁾ quia tale ius elligendi imperatorem quasi patrimonium in feudum tenent, si ecclesiam non defenderent vel notabilem offensam contra ecclesiam comitterent, posset papa «eos» tali iure privare⁶⁾; propter heresim vel scismaⁿ⁾ vel propter aliam feloniam^{6a)} potest papa privare electores Alamanie electione, quia tale ius est propria dignitas quasi patrimonium⁷⁾, et dare Gallicis vel Yspanis. Certum est enim quod Greci⁸⁾ plus iuris habuerunt in imperio, quia ibat per successionem, quam nunc habent^{o)} Theutonici, quibus competit ius per electionem⁸⁾. Ergo ex quo abstulit a Grecis, poterit auferre etiam a Theutonicis⁹⁾. Petrus¹⁰⁾: Ex institutione papali circa imperium aparet, quod papa absque aliqua electione^{p)} potest imperatorem instituere, quia imperium non ibat tunc per electionem sed ex institutione pape sunt instituti electores. Facta electione¹¹⁾ non debet statim imperialia iura administrare, nisi prius fiant circa eum solempnitates, quas regalis dignitas exposcit. Sic David rex de mandato domini fuit electus, sed non statim administravit nisi post mortem Saulis, ut habetur^{q)} primi libri Regum capitulo xvi.^{r)}¹²⁾. Item Salomon de mandato domini patri successit in regno, sed non statim administravit, nisi prius multe circa eum facte fuissent solempnitates ungendo coronando, ut habetur libri tertii^{s)} Regum primo capitulo¹³⁾. Et^{t)} aliqui reges etiam a deo instituti, quia^{u)} ante unctionem in suis regnis voluerunt administrare, per sacerdotes sunt depositi, sicut Samuel sacerdos deposuit Saulem regem et eo vivente alium instituit et in regem inunxit, sicut patet primi libri Regum xv. capitulo¹⁴⁾: 'Proiecit te dominus ne sis rex super Israel.' Etiam si imperium

e) electionem BW; cf. *Tholomeus Lucensis*, DC 28, 5 sqq. f) om. B g) successionem — per om. B h) VI BW i) in M. IIII om. W k) tum — elligebatur om. W l) et W m) et cetera om. B n) scismata W o) habeant B p) electione aliqua tr. B q) om. W r) xviii BW s) om. B t) quia add. BW u) qui B

3) Vgl. ebd. 29 f. 4) Clem. 2. 9 c. un. 5) Heinrich II.; der Beiname nach Gottfried von Viterbo, *Pantheon* (MG SS 22, 240); vgl. CM cap. 731 f. 185^r (Ceruti S. 602). 6) Et privare vgl. *Petrus de Palude*, *Tract. de pot. papae* 268, 12—15. 6a) Vgl. ebd. 268, 33 f. 7) Vgl. ebd. 268, 10. 8) Greci — electionem vgl. ebd. 267, 24—26. 9) Vgl. ebd. 267, 23 f. und 34 ff. 10) Diese Stelle nicht im *Tract. de pot. papae*; vgl. GA cap. 108 bei Anm. 3 und CM cap. 696 f. 180^v (Ceruti S. 588); dieses Kap. vielleicht nach dem *Tract. anon. de orig. ac transl. et statu Rom. imp.* (ed. Krammer, s. o. Anm. 224, 71, 25 ff.). 11) Zum Folgenden vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 9 f. und CM cap. 729. 12) 1. Rg. 16, 1 ff. 13) 3. Rg. 1, 33 ff. 14) 1. Rg. 15, 26.